

Namque ubi Tu in Templo vocis Modulamina tornas,
mox Hominum mentes, Numinaque ipsa, moves.
Quod si accunt Animos Tibi VOIGTIUS atque GROHMANNUS,
non Homo, non Orpheus, Angelus ipse canit!
Prodromus hic etiam dignissima Carmina cedro
Continet, ingenii pandit opesque Tui.
Inde suas potis est augere Ecclesia gazas,
Inde DEO surget gloria, surget Honos.
Jungere perge modos modulis, prodesseque perge,
Cantabit laudes Musicus Ordo Tuas.
Virgine de Lauru Tibi Phœbus & ipse CORONAM
eximum imponet tempora docta Decus.
Cunctæ Artes pereunt, est Musica sola perennis,
in cœlo voces inchoat illa novas.
Et Tibi post Cineres titulos dabit illa perennes,
mortuus ingenuâ hâc Arte superstes eris.
Interea mihi Tu, Mens ô dignissima Cedro,
vivito, seu vivam; vivito, seu moriar!
Vivat (io!) felix Cantorum Phosphorus OTTO,
Vivat (io!) eximus Musicus OTTO diu!

Johanne Kochânio, de Prachovve
Straconicensi, Christi-Exulis
Comite,